

**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvscvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

Proœmium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](#)

NICOLAI LANCICII OPUSC. SPIRITAL.
PRO O E M I V M.

DVæ sunt classes adolescentium, pro quibus iuandis hoc scripsi opusculum. Altera est eorum, quos Deus euocat ex seculo ad amplectendum statum Religiosum: Altera eorum, qui volunt remanere in seculari statu, ac in eo pie christiane que vivendo, (vti possunt) saluari. Pro primis, sunt omnia huius opusculi capita. Secundi, omissis primis septem

capitibus, & capite decimo, decimoquarto, ac reliquis capitibus post decimum septimum caput positum, elegant sola capita, octauum, nonum, undicimum, duodecimum, decimum tertium, decimum quintum, decimum sextum, decimum septimum. Si enim iuxta monita in his capitibus data, Deo adiuuante viuent in suo seculari statu, saluabuntur, uti saluati sunt tamen multi Reges, Episcopi, Principes aliique.

Monita data habentibus Vocationem ad statum religiosum, præsertim Adolescentibus.

CVi Deus dedit desiderium relinquenti mundum, & amplectendum statum religiosum, duo ei sunt necessaria. Primum, ut magis astimet, hoc beneficium Dei, cum ad Religionem vocantis, ac proinde pro eo saepe magnas agat, gratias quotidie, saltem breuiter, sed feruenter. Secundum, ut antequam Religionem ingrediantur, toto eo tempore quo manebit in seculo, disponant se ad statum religiosum, modis infra dicendis.

CAPUT PRIMUM.

Tres Causæ ob quas magnificienda est vocationem ad statum Religiosum, nimur, satisfactio pro peccatis commissis, assecratio & spes certa salutis.

Hæ causæ, ut magnificat hanc Dei vocationem, & sit in ea firmus, tanquam sibi omnino necessaria, & à se necessariò exequenda, plurimum ei proderunt, vel lente lecta, vel mente bene, & sine festinatione discursus, ponderatae.

Prima.

Si haec tenus male vixit in seculo, præsertim, si peccata castitati contraria solitus fuit committere, agnoscat se obligatum esse ad amplectendum statum religiosum iudicio S. Gregorij Pape, qui hac de re sic scripsit, explicans illa verba à S. Iohanne Baptista prolatæ, Facite fructus dignos penitentia. In quibus verbis, inquit S. Gregorius, notandum est, quod amicus poni, (id est S. Iohannes Baptista) non solum fructus penitentia, sed dignos penitentia, admonet esse faciendo. Aliud namque est fructum facere penitentia, aliud, dignum penitentia fructum facere. Ut enim secundum dignos

penitentia fructus loquamur, sciendum est, quia quis illicita nulla commisit, huic iure conceditur, ut licet vivatur, sicq; pietatis opera faciat, ut tamen si voluerit, et que mundi sunt non relinquat. Ac si quis in fornicationis culpam, vel fornicatione in adulterium (quod granum est) lapsus est, tam id à se licita debet absindere, quamvis se meminit & illicita perperasse. Hec S. Gregorius Papa.

Cum autem peccatum mollitiei, seu pollutionum maius sit (vt docent Theologi) quam fornicatio, & adulterium, quia est contra naturam, si S. Gregorius vult lapsos in fornicationem, vel adulterium, ea qua mundi sunt relinquere; multo magis id faciendum est iis, qui sine lapsu in fornicationem, vel adulterium, solo peccato mollitiei, seu pollutionibus (idem enim sunt) se contaminarunt. Et quod maius est, ipse Deus hoc visus est docuisse, quod S. Gregorius docuit. Nam, vt scribitur in Prato spirituali commendato à septima Synodo generali, seu Nicæna secunda, cum quidam adolescentis virginem mortuam, & in vno extra civitatem monumento sepultam, noctu tumulum ingressus, vestibus quibus erat corpus virginis indutum, spolia fecit, & ipso etiam indusio, diuinatus resuscitata virginis mortua resedit, sinistraque manu sua apprehendit dexteram illius adolescentis, & ait: Ne quisime hominum, ita deinceps te nudare me: an tu non times Deum, neq; metuis damnationem ultime retributionis, nonne vel saltē mortua misereri debuisti sed Christianus existens, ita me nudam aspiceres Christo, honestum fore iudicasti? Neque sexum mulierem reveritus es? Nonne hic sexus te peperit nonne matrem tuam quoque bac in me iniuria violasti? Quam infelicissime hominum rationem redditurus es Christo, de seelore in me perpetrato, ante ipsius tribunal tremendum, quod vivente me, nullus extraneus videt unquam faciem meam, & tu post mortem & sepulturam denudasti me, & nudum aspexisti corpus meum? Et post alia in hunc sensum dicta adolescenti, noluit eum dimic-

Luc. 3.8.
hom. 20.
in Euang.